



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Antonius Capetius. P. Didacus de Morales. P. Franciscus Marquez.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

utilitates collocatum, cum P. Rubino (de quo heri dixi) tormenta plura per 7. menses Nangasachi perpeffus, inuerfo in fossam capite pependit, hodiè demum extinctus. Ex Lusitania in Poloniam, iussu Præpositi Generalis, mirum quàm opportunè redierit, vt se tribunali sifteret agnoscendum, litemque Societati intentatam dirimeret. Inde maximis itineribus in Lusitaniam, adeòque in Iaponiam, ad decus illud mortis tam longæ, tam inclytæ properauit.

*Italus.*

*P. Antonius Capetius.*

*Hispanus.*

*P. Didacus de Morales.*

*P. Franciscus Marquez.*

*Iapon.*

*Nangasachi.*

*25. Mart.*  
*1643.*

Quæ 22. Martij de P. Rubini tormentis dixi, eorum socij gloriosi fuère hi quoque.

que. Iam nonus labebatur dies ex quo in scrobem capite prono pendebant hi tres, Patribus Rubino atque Mescinskio adhuc superstites: cùmque in Christi confessione porrò perstarent, hodie demum capite truncati sunt. Aiunt Rubinum, Mescinskium, atque hos tres, Iaponicum aquæ tormentum facilè centies & quinquies perpeffos.

P. Antonij Capetij virtus  
familix decora nobilitavit.  
Neapoli, anni vnus inter-  
uallo duodeuiginti ex illius  
disciplina futiles mundi læ-  
tities execrati religiosa ca-  
stra secuti sunt. Causam  
rogati; vel ipse, aiebant, ma-  
gistri nostri aspectus, ingens  
nobis calcar est, vt à mundo  
ad Deum transuolamus.

*Pia collo-  
quia.*

*Exemplū*

P. Mar-

P. Marcellus Mastrillus de illo scribens, illum Angelū, ac thesaurum vocat: laudat illum ab incredibili in suum corpus hostiliter afflictum, odio; aitque fore sigillum, atque honestamentum gloriarum nobilitatis domesticæ. Denique, inquit, Spiritus Domini est cum illo.

*Mortif.*

P. Didacus de Morales ob assiduam in corpus sævitiam fuit sacro quodam pallore spectabilis; ac in docendo, regendo, & Christum prædicando planè singularis. Indiam petiturus, parentes, vicinos licèt, ne inuisit quidem; nec vllas postea epistolas ad illos dedit; vt amorem carnis, & sanguinis totum vnicè Christo transcriberet.

*atq. 35.*

P. Franciscus Marquez Nã  
ga-

ga  
no  
Re  
or.  
So  
de  
Be  
Da  
pa  
Ac  
pe  
pe  
vt  
mi  
no  
na  
po  
ac  
rin  
fac  
lar  
ste  
cer  
iar

gasachi natus patre Lusitano, matre autem à Iaponico Regum Bungi sanguine suas origines repetente. Cùm ad Societatem aspiraret, eius deliberationis ducem elegit Beatissimam Virginem quæ *Dux* dicitur, & Macao abest passibus mille quingentis. Ad illam ea de causa exhibat per nouem dies continuos peregrinabundus & supplex, vt eius ductu bonus IESV miles esse posset. Extremo nouendialis illius peregrinationis die, cùm fieri haud posse crederetur, vt, ob dirè ac variè sequentè cæli asperimi tempestatem, pietati suæ facere satis posset, dissimulanter iniectâ sibi mēdici veste personatus ad suam Duce[m] abiit, seque illi nono iam die præsentem ac ineun-

*B.V.*

*Nouendia*  
*B.V.*

F                      dæ

dæ Societatis Iesu cupidum  
stitit, breuè ad illam adlectus.  
Mira illi affluentia lachry-  
marum, cum legeret Marty-  
rum tormenta, vel diuinum  
Sacrificium celebraret. Ago-  
ne nobili per nouem dies  
(velut nouendiali vitæ Deo  
consecratæ sacrificio) per-  
functus est pendens in scro-  
bem è pedibus; & certamen  
demum gladio consumma-  
uit.

*P. Ioannes Sandeus.*

Orandi studio, animarum  
ac multa patiendi desiderio,  
& mundi contemptione cū-  
primis excelluit. Ad Castra  
Cæsarea, vt Catholicos istic  
operâ omni iuaret, missus,  
inde redux, ab hæreticis, fi-  
dei Catholicæ ac Societatis  
odio, ad Rhenum tribus glo-  
bis ictus cecidit, Vvepstadij  
ho-

*Belga .  
ad Rhenū.  
30. Mart.  
1622.  
ætat. 40.  
Soc. 21.*

*Fides 9*

n  
F  
  
b  
r  
E  
s  
q  
a  
m  
li  
q  
q  
c  
&  
t  
le  
st  
n  
m  
st  
u  
ti